



L. VI. Dig. de Bonis Damnatorum.

Vlpianus Lib. X. de Officio Proconsulis.



Diuus Hadrianus Aquilio Braduae
ita rescripsit: *Pannicularia causa,*
quemadmodum intelligi debeat ex
ipso nomine apparet: non enim
bona damnatorum pannicularia si-
gnificari quis probe dixerit: Nec si zo-
nam circa se habuerit, protinus aliquis sibi
vindicare debebit: sed vestem, qua is fuerit indu-
tus, aut nummulos in vetricalem quos victus sui
causa in promptu habuerit, aut leues annulos,
id est, quae rem non excedunt aureorum quin-
que: